



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XI. De uitis oppositis fidei quantum ad hæresim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



si supponit, & propterea non concludit. Hac autem esse de mente auctoris, qui recte considerat: verba literae, & responsiones ad argumenta, percipere potest. Propterea namque tam paucis argumentis satisfecisse se vidit: quia medium naturale, quo puer reducendus est in Deum, assignavit. Et haec de primo.

¶ Quod ad secundum tota difficultas consistit, in hoc, quia filii seruatorum possunt iuste eis auferri. Ablatis autem iuste a cura parentum, iam nulli se iniuria, si Iesu Christo per baptismum consecrentur. Ad veritatem autem evidentiam distinguendum est inter id quod pronuntiat ex ieruitate directe, & per se, & id quod pronuntiat ex ea per accidens, seu ex consequenti. Cum enim seruius, qua homini homo seruus est, civilis sit, ad ea tantum, quae civilis ordinis sunt per se, & directe, se extendit, ut effectus causis proportionalibus sint. Propter quod licitum est seruis comedere, colere Deum, & alia, quae sunt iuris naturae & diuini, iniuris dominis exercere.

Ex consequenti autem, seu per accidens, quemadmodum extenditur ad ea, quae naturalis iuris sunt: ita ad ea, quae diuini sunt iuris. Constat autem, quod dominus potest vendere paruulos seruatorum suorum in seruos: & per hoc consequenti subtrahere eos cura parentum, quae est de iure natura. Parijimo maiori ratione, potest eos dare alicui Christiano, ut consecrentur Creatori suo: & per hoc iniuris parentibus ea quae sunt diuini iuris, in pueros exercere. Et haec est veritas. Et propter haec duo auctor duabus viis in littera processit. Ex eo enim quod per se, & directe seruius ad civilia se extendit, dicitur, quod filij Iudaeorum, quos asserit esse seruos Ecclesiae, non sunt iniuris parentibus baptizandi: & bene. Ex eo vero quod ex consequenti, seu per accidens post iuriam subtractionem a parentibus hoc potest esse licitum, vbi est loco ab auctoritate negatiue, scilicet quod Ecclesia non consuevit: quia Syluester, & Ambrosius non quaesierunt: super qua tamen Ecclesiae consuetudine fundat doctrinam suam, reddendo illius rationem.

¶ Ad cuius pleniorum intellectum scito, quod vt hac via, vt se licet ex consequenti pueri infidelium seruatorum baptizentur iniuris parentibus, contingit bene, & male. Bene quidem, si omnia consonant recte rationi: autem, si aliquid dissonans conuenit. Et quia, vt in pluribus conueniunt multa dissona recte rationi, ideo Ecclesia non constituit hoc facere: ideo in littera determinatur tam de pueris Iudaeorum, quam aliorum infidelium simul vno contextu, quod non sunt iniuris parentibus baptizandi. Doctrina namque moralis secundum id, quod vt plurimum continet, tradenda est. Interueniunt autem ad minus duo dissonantia. Primum est periculum fidei in ipsis paruulis, cum fuerint adulti, quod non euitatur ex subtractione eorum a cura parentum: quia cum adulti fuerint, & parentes suos in alia fide conplexerint, naturalis amor ad parentes inuitabit, & aut verita conuersatio magis sollicitabit: aut permissa conuersatio facilem viam peruersioni dabit. Secundum est infamia fidei, quasi non sit a Deo, qui corda hominum regit, vt compellere velit Ecclesia hoc modo ad fidem: cum tamen oporteat sanctos ab his, qui foris sunt, testimonium habere. Vnde dicentes, quod pueri Iudaeorum possunt iniuris parentibus baptizari adhibitis cautelis, dupliciter de-

natur in Deum per rationem parentum, quorum cura naturaliter inhiacet, & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

AD QUINTVM dicendum, quod periculum, quod sequitur de predicatione omnia, non imminet nisi eis, quibus commissum est officium predicandi. Vnde in Ezech. praemittitur: Speculatorem dedit filiis Israel. Prouidere autem pueris infidelium de sacramentis salutis, pertinet ad parentes eorum. Vnde eis imminet periculum, si propter subtractionem sacramentorum, eorum paruuli detrimentum salutis patiantur.

QVAESTIO XI.

De Haresi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de haresi.

CIRCA quam quaeruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum haresis sit infidelitatis species.
- ¶ Secundo, De materia eius, circa quam est.
- ¶ Tertio, Vtrum haeretici sint tollerandi.
- ¶ Quarto, Vtrum reueretes sint recipiendi.

ficere videtur. Primo in hoc, quod cautelas etiam in Ecclesia non dicunt, sed paruulorum tantum, secundum cautelas, quae vt plurimum apponuntur: utrum faciant: cum tamen oppositum esse docent, quod communititer non licet, sed quandoque videtur.

ARTICVLVS I.

Vtrum haresis sit infidelitatis species.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod haresis non sit infidelitatis species. Infidelitas, n. in intellectu est, vt supra dictum est: sed haresis non videtur ad intellectum pertinere, sed magis ad vim appetitiuam. Dicitur. Hieron. & habetur in Decret. 24. q. 3. Haresis graecae ab electione dicitur, scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem: electio autem est actus appetitiua: virtutis, ut supra dictum est. ergo haresis non est infidelitatis species.

¶ 2. Praet. Vitium precipue accipit speciem a fine. Vnde Philosoph. dicit in 5. Ethic. \* quod ille, qui moechatur, vt furetur, magis est fur, quam moechus: sed finis haresis est commodum temporale, & maxime principatus, & gloria, quod pertinet ad vitium superbiae, vel cupiditatis: dicitur. Aug. in lib. 7. de uilitate credendi, quod haereticus est, alicuius temporalis commodi, & maxime gloriae, principatusque sui gratia falsas, ac nouas opiniones vel gignit, uel sequitur. ergo haresis non est species infidelitatis, sed magis superbiae.

qua res eius, & sicut animal irrationale. Et quod facit eis inimiam disponendo de eis. & aliam ad plus est, cum parentes infideles liberos conuictos tunc ad impediendum fidem Christianam in illis tradita in artic. 8. de bellarijs sunt propter hoc aduerte Nouitae, quod pueri infidelium, qui non deseruntur, & venduntur Christianis, quantum ad iusta ablatione eorundem a cura parentum: quantum ad humanum curam sunt absque parentibus colenda: Ecclesia conuenit eos baptizare.

Super Quaestione undecima. Articulus primus.

IN ART. q. 1. dubium occurrit. Notandum est, quod haresis constituitur per hoc, quod aliquis in his, quae sunt de necessitate fidei, recedat: non autem in his, quae sunt de necessitate salutis, nec ipsum, nec Deum credere. Talis est haereticus, qui supponit Christum, ergo male in littera dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, quod assentire Christo, conuenit actu mentis, vel professione characteris christiani: licet sepe concurrere videatur primum, non tamen ne eius, sed sufficit secundum, scilicet quod characteris primo suscepto Christum profiteatur. Sic etiam contingit apostatiae, vt inferius patebit in questione de apostatiae.

¶ In eodem articulo dicitur, quod haresis est in intellectu absolute, sed in eo vt motu a voluntate dicitur haeretica, sed solum vt denominatur ab aduersariis. Cum enim vna & eadem propositio, puta, Non est deus filius illarum secundum se sibi videtur. Dicitur haeretica, a Iudaeo perisda, a Pagano gentili.



Vnde propositiones ipse secundum se sunt contrarie fidei, & sic vocantur sunt quando contrariatur articulis fidei, vel sacre scripture, aut doctrinam in Ecclesia de fide. Et iste distinguitur sunt, quia quedam sunt contrarie fidei secundum se, & quod ad nos, quarum scilicet contrarietas ad fides est manifesta nobis: quaedam secundum se tantum, quae scilicet contrarie sunt propositionibus veris pertinentibus ad fidem, sed earum contrarietas non est nobis manifesta: quia Ecclesia non determinat, sicut ista propositioni. Spirituales non procedit a filio, secundum se est contraria fidei: quia contrariatur siue contradictione pertinenti ad fidem. Sed quando veritatem inter ipsos fideles in dubium erat contraria secundum se tantum. Postquam autem patefacta est per determinationem Ecclesiae, est contraria fidei secundum se, & quo ad nos, & sibi assensum pertinentem praesertim populi eius Evangelicam professionem, in specie haereticorum, ut ex supra dictis patet, & inde haereticus denominatur: haec collina dextera dicitur in respectu ad deum animalis.

*Capitulum Questionis vnde dicitur Aristotelis secundum.*

In art. eiusdem quaest. & specialiter in responsione ad tertium, adverte diligenter, cum haereticus ex tribus constituitur, scilicet errore in fide pertinacia, & duo prima, scilicet error, & sententia fidei spectent ad intellectum: tertium autem, scilicet pertinacia ad voluntatem, & hoc impediens praecedendum, ita constituitur rationem haereticus, ut sine eo haereticus non fit, sicut nec fides sine voluntatis determinatione: manifestum primo est, quod si quis sententiam fidei contrariis

Prat. Infidelitas, cum sit in intellectu, non videtur ad carnem pertinere: sed haereticus pertinet ad opera carnis: dicit enim apostolus ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, & inter cetera postmodum subdit, diffensiones, sectae, quae sunt idem quod haereses. ergo haereticus non est infidelitatis species.

SED CONTRA est, quod falsitas veritati opponitur: sed haereticus est qui falsas, vel non suas opiniones vel gignit, vel sequitur. ergo opponit veritati, cui fides innititur. ergo sub infidelitate continetur.

RESPON. Dicendum, quod non men haereticus, sicut dictum est, electionem importat. Electio autem, ut supra dictum est, est eorum quae sunt ad finem, praesupposito fine. In credendis autem voluntas assentit alicui vero tantquam proprio bono, ut ex supra dictis patet. Vnde quod est principale verum, habet rationem finis ultimi: quae autem secundaria sunt, habent rationem eorum quae sunt ad finem. Quia vero qui cumque credit, alicuius dicto assentit, principale videtur esse, & quasi finis in vnaquaque credulitate ille, cuius dicto assentitur: quasi autem secundaria sunt ea, quae quis tenedo vult alicui assentire. Sic ergo qui recte fidem Christianam habet, sua voluntate assentit Christo in his, quae vere ad eius doctrinam pertinent. A rectitudine ergo fidei Christianae dupliciter quis potest deviare. Vno modo, quia ipse Christo non vult assentire: & hic habet quasi malam voluntatem circa ipsum finem, & hoc pertinet ad speciem infidelitatis Paganorum, & Iudaeorum. Alio modo per hoc, quod intendit quidem Christo assentire, sed deficit in eligendo ea, quibus Christo assentiat: quia non eligit ea quae sunt vere a Christo tradita, sed ea quae sibi propria mens suggerit. Et ideo haereticus est infidelitatis species, pertinens ad eos, qui fidem Christi profitentur, sed eius dogmata corrumpunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc modo electio pertinet ad infidelitatem, sicut & voluntas ad fidem, ut supra dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod vitia habent speciem ex fine proximo, sed ex fine remoto habent genus, & causam: sicut cum aliquis moechatur, ut furetur, est ibi quidem species mechia: ex proprio fine & obiecto: sed ex fine ultimo ostenditur, quod mechia ex furto oritur, &

sub eo continetur sicut effectus sub causa, vel sicut species sub genere: ut patet ex his, quae supra de actibus dicta sunt in communi. Vnde & similiter in proposito, finis proximus haereticus est adherere falsae sententiae propriae, & ex hoc specie habet: sed ex fine remoto ostenditur causa eius, scilicet quod oritur ex superbia, vel cupiditate.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut haereticus dicitur ab eligendo, ita secta a sectando, sicut Isid. dicit in lib. 2. Etym. Et ideo haereticus, & secta idem sunt, & vtrumque pertinet ad opera carnis, non quidem quantum ad ipsum actum infidelitatis respectu proximi obiecti, sed ratione causa, quae est vel appetitus finis indebiti secundum quod oritur ex superbia, vel cupiditate, ut dictum est: vel etiam aliqua phantastica illusio, quae est principium errandi, ut etiam Philosophus dicit in 4. Meta. phantasia autem quodammodo ad carnem pertinet, in quantum actus eius est cum organo corporali.

ARTICVLVS II.

*Vtrum haereticus sit proprie circa ea, quae sunt fidei.*

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod haereticus non sit proprie circa ea, quae sunt fidei. Sicut enim sunt haereticus, & secte in Christianis: ita etiam fuerunt in Iudaeis & Pharisaeis, sicut Isid. dicit in lib. 2. Etym. sed eorum diffensiones non erant circa ea, quae sunt fidei. ergo haereticus non est circa ea quae sunt fidei, sicut circa propriam materiam.

Prat. Materia fidei sunt res, quae creduntur: sed haereticus non solum est circa res, sed etiam circa verba, & circa expositiones sacrae scripturae. dicit enim Hier. quod quicumque aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus sancti efflagitat, a quo scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest. Et alibi dicit, quod ex verbis inordinate prolatis fit haereticus. ergo haereticus non est proprie circa materiam fidei.

Prat. Etiam circa ea, quae ad fidem pertinent, inveniuntur quandoque sacri doctores dissentire: sicut Hieronymus & Augustinus circa celsationem legalium, & tamen hoc est absque vitio haereticus. ergo haereticus non est proprie circa materiam fidei.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit contra Manicheos. Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid

secundum se teneret, putans se recte sentire, non intendens ab Ecclesia dissentire, talis adhaesio non est haereticus propter defectum pertinaciae. Sed & manifestum secundum est, quod si quis cognoscens aliquam propositionem spectare ad fidem, puta, testis Nazarenus est verus Deus, credat esse falsam, id est, scilicet occurrit fibi, quod non est vera, consentit tali adhaesioni, quam non purat esse veram, talis adhaesio non est vere & proprie haereticus. Sicut namque praesentato concubitu cum aliena uxore, contentiens in illum, crimine adulterii incurrit, & sic de aliis: ita praesentato errore in fide cum notitia, quod est error in fide, contentiens in illum, haereticum constituit. Et ex hoc patet, quod pertinacia, quae ponitur de ratione haereticus, non importat obdurationem, ut distinguitur contra infirmitatem, passionem, & transitorium, seu leuem consensum: sicut dicitur magis aliquam formam ex passione, vel ex cholera consentisse in malum aliquod, & non pertinacia: sed sumitur pertinacia, ut aequialiter vero consentit praesupposita notitia, quod sit error, & quod sit in fide. Siue enim ex passione, siue ex infirmitate, siue ex quacunque alia causa peruenitur ad verum consensum in assensum propositionis contrariae fidei cum cognitione, quod sit contraria fidei, vera haereticus incurritur a Christiano. Nam talis vere pertinax pro tunc est: quoniam cognoscit Ecclesiam praecipere, quod teneatur Christum esse verum Deum, & ipse non vult pro tunc sic credere. Si quis autem minus perpicax de hac doctrina dubitat, animaduertat, quod fides, & infidelitas sunt contrariae, & quod quemadmodum illa perficitur assensu intellectus ex consensu voluntatis, ita illa perficitur in dissensu intel-

Lib. 8. ca. 5. in princ.

\* Arg. 2.

† Lib. 4. Metaph. text. 4. tom. 3.

4. dist. 17. q. 2. artic. 1. ad 6. Et 1. cor. 11. lec. 4.

\* Colligitur ex lib. 8. q. 4. & 6. simul sumptis.

† Ad Gal. 2. 9. Super illud: Haec feci, inuidia, & c. tom. 6.

† Resertur. 4. Sent. dist. 17. in fine.

Lib. 18. de ciuit. Dei: cap. 51. circa principium tom. 5.



intellectus ex consensu voluntatis, & clare videbitur, quod contentiones non solum opinionum contrarie fidei, sed et dubio de certa propositione fidei, cognitio quod certo spectat ad fidem, est infidelis, & consequenter haereticus, si erat Christianus. Nihil enim est in genere nisi mediante specie. In eodem articulo in ratione ad idem tertium adverte, quod auctoritas universalis Ecclesiae determinatua de fide principaliter refertur in summo Pontifice: quod intelligitur in quantum summus Pontifex est, quia sic, & non ut singularis persona, a Deo gubernatus in his, quae sunt fidei, ita quod non potest determinare contra fidem: & propterea nec Hieronymus, nec Augustinus suam contra huiusmodi determinationem defendit. Et hinc habes quantum caute debes a Panor. extra, de elect. in capitulo significasti, volente quod magis doctoris, si Papae sententiae in his, quae sunt fidei, standum est. Vere ostendit illud, quod medicorum est. Haec autem in tractatu quem de comparatione auctoritatis Papae, & concilij fecimus, magis ostendimus.

Art. proce. & q. art. 6. ad 1. & 2. art. 5.

Q. 3. art. 2.

Aug. epist. 162. in princ. illi. habetur 14. q. 3. cap. Dixit Apost.

prauumve, quid sapiunt, si cor-  
recti, ut sanum rectumque sapiant,  
resistant contumaciter, suaque  
pestifera, & mortifera dogmata  
emendare nolunt, sed defendere  
per sistunt, haeretici sunt: sed pe-  
stifera, & mortifera dogmata non  
sunt nisi illa, quae opponuntur  
dogmatibus fidei, per quam ius-  
tus vivit, ut dicitur Rom. 1. ergo ha-  
reticus est circa ea quae sunt fidei, si-  
cut circa propriam materiam.

RESPOND. Dicendum, quod de he-  
resi non loquimur, secundum  
quod importat corruptionem fidei  
Christianae. Non autem ad corru-  
ptionem fidei Christianae perti-  
net, si aliquis habeat aliquam fal-  
sam opinionem in his quae non  
sunt fidei, puta, in Geometricali-  
bus, vel in alijs huiusmodi, quae  
omnino ad fidem pertinere non  
possunt: sed solum quando aliquis  
habet falsam opinionem circa  
ea, quae ad fidem pertinent. Ad  
quam aliquam pertinet duplici-  
ter, sicut supra dictum est. Vno  
modo directe, & principaliter: si-  
cut articuli fidei. Alio modo in-  
directe, & secundario: sicut ea, ex  
quibus sequitur corruptio alicuius  
articuli. Et circa utraque potest esse  
haeresis eo modo quo & fides.

AD PRIMUM ergo dicen-  
dum, quod sicut haereses Iudaeo-  
rum, & Pharisaeorum erant circa  
opinionem aliquam ad Iudaismum  
vel ad Pharisaismum pertinentes: ita  
etiam Christianorum haereses  
sunt circa ea quae pertinent ad fi-  
dem Christi.

AD SECUNDUM dicendum, quod ille dicitur aliter  
exponere sacram Scripturam quam Spiritus sanctus  
efflagitat, qui ad hoc expositionem sacrae Scripturae  
retorquet, quod contrariatur ei quod est per Spiritu-  
m sanctum reuelatum. Vnde dicitur ut Ezech. 13. de  
falsis prophetis, qui perseverauerunt confirmare ser-  
monem, scilicet per falsas expositiones Scripturae.  
Similiter etiam per Verba, quae quis loquitur, suam  
fidem profiteretur: est enim confessio actus fidei, ut  
supra dictum est. Et ideo si sit inordinata locutio  
circa ea, quae sunt fidei, sequi potest ex hoc corruptio  
fidei. Vnde Leo Papa in quadam epistola ad Procerum  
Episcopum Alexandrinum, dicit quod inimici Cru-  
cis Christi omnibus factis, & verbis nostris insidia-  
tur, ut si villam illis vel tenuem occasionem demus  
nos: Nestoriano sensui et congruere mentiantur.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Aug. dicit \* &  
habetur in Decretis 24. q. 3. cap. Dixit Apost. Si qui sen-  
tentiam suam quamvis falsam atque peruersam nul-  
la pertinacii animositate defendunt, quaerunt autem  
tota sollicitudine veritatem corrigi, parati cum inue-  
nerint, nequaquam sunt inter haereticos deputan-  
di: quia scilicet non habent electionem contradicen-  
tem Ecclesiae doctrinae. Sic ergo aliqui doctores vi-  
dentur dissensisse, vel circa ea quorum nihil inter-  
est ad fidem, utrum sic vel aliter teneantur, vel etiam  
in quibusdam ad fidem pertinentibus, quae non dum  
erant per Ecclesiam determinata. Postquam au-

tem essent auctoritate vniuersalis Ecclesiae  
nata, si quis tali ordinationi pertinaciter  
resisteret, haereticus censetur. Quae quidem  
principaliter refertur in summo Pontifice.  
enim \* 14. quae est prima. Quod si  
tilatur, arbitror omnes fratres nostros, de-  
pos non nisi ad Petrum, id est, ad sui merito-  
ritatem referri debere. Contra cuius auctori-  
tatem Hieronymus nec Augustinus nec ali-  
rum doctorum suam sententiam defendunt.  
dicit Hieronymus \* ad Damasum Papam  
est fides Papa beatissime, quam in Carthagi-  
nensis Ecclesia, in qua si minus periret, im-  
peto forte aliquid positum est, emendari  
qui Petri fidem, & sedem tenes. Si autem  
sua confessio Apostolatus tui iudicio  
tur, quicunque me culpae voluerit, si-  
vel malucolum, vel etiam non catholicum  
haereticum comprobabit.

ARTICVLVS III.

Utrum haeretici sunt tolerandi.

AD TERTIUM sic procedi-  
tur. Videtur, quod haereti-  
ci sunt tolerandi. Dicit enim Apo-  
stolus 2. ad Timotheum. 2. Seruum  
Dei oportet mansuetum esse,  
cum modestia corripiendum eos,  
qui resistunt veritati, ne quando  
det illis poenitentiam Deus ad co-  
gnoscendam veritatem, & respici-  
ant alaqueis diaboli: sed si ha-  
retici non tolerantur, sed morti  
traduntur, aufertur eis facultas  
penitendi: ergo hoc videtur esse  
contra praeceptum Apostoli.

¶ 2. Preterea. Illud quod est necessarium  
in Ecclesia, est tolerandum: sed  
haereses sunt necessariae in Eccle-  
sia. Dicitur enim Apostolus ad 1. Co-  
rint. cap. 11. Oportet haereses esse,  
ut & qui probati sunt, manifesti  
sint in vobis. ergo videtur, quod  
haeretici sunt tolerandi.

¶ 3. Preterea. Dominus manda-  
uit Matth. 13. seruis suis, ut zizan-  
iam permitteret crescere vsque  
ad messem, quae est finis seculi, ut  
ibidem exponit: sed per zizaniam  
significantur haeretici secundum  
expositionem sanctorum. ergo  
haeretici sunt tolerandi.

SED CONTRA est, quod Apo-  
stolus dicit ad Titum 3. Haereticum homi-  
nem post primam, & secundam  
correctionem de vita, scies quia  
subuersus est qui huiusmodi est.

RESPOND. Dicendum, quod circa  
haereticos duo sunt considera-  
nda. Vnum quidem ex parte ip-  
sorum. Aliud vero ex parte Ec-  
clesiae. Ex parte quidem ipsorum  
est peccatum per quod meruerunt  
non solum ab Ecclesia per  
excommunicationem separari: sed  
et per mortem a mundo excludi.  
Multo enim grauius est corrum-



ad excommunicatio-  
nem. Affer quoque  
ad hoc multa iura.  
Et quoniam allatoru-  
rum, cum multa  
que in principio pro-  
se afferit, tenens par-  
tem astantium in-  
dubitam, videlicet  
perspicuam, et mi-  
seram perperam, et  
salsum nihilominus  
ratione solida, ex qua  
solentur omnes dif-  
ficultates, desisti a  
persecutione iurii,  
& Doctorum allega-  
torum. Duabus igitur  
dilatationibus  
in hac re. Prima  
est de occulto,  
quod est duplex,  
quod dicitur per se,  
quod dicitur per acci-  
dens. Occultum per  
se est quod ex sua ra-  
tione sibi uendicat  
non subesse cogno-  
scit, scilicet, a qua  
incipit humana cog-  
nitio, secundum  
quam Ecclesia iudic-  
at. Occultum ue-  
ro per accidens, quod  
licet sensui subia-  
ceat, tamen non ha-  
bet. Secunda est de  
actu interiori, quod  
dupliciter exerceri  
potest. Primo solus,  
ut cum quis uult face-  
re malum aliquod,  
vel odio habet ali-  
quem, vel desiderat,  
& huiusmodi solum  
in corde suo. Secun-  
do potest exerceri ut  
causa commissionis,  
vel omissionis, exte-  
rioris, ut cum quis  
ex odio facit, uel o-  
mittit facere aliquid  
extra, sine illud ex-  
tra sit locutio, sine  
operatio quaecum-  
que.

¶ Ex his siquidem su-  
menum tibi est, quod  
licet occultissima per  
accidens, & actus  
interiores, ut ratio-  
nes exteriorum com-  
missionum, uel o-  
missionum, subia-  
ceant Ecclesie iudi-  
cio, & censuris: oc-  
culte tamen per se,  
ut sunt actus interio-  
res solum ab ecclesia iu-  
dicio & censuris asse-  
na sine, et ratio  
est, quia homo ui-  
det que parent:  
Deus autem intue-  
tur cor, ut dicitur  
primi Reg. 16. Et  
propterea Aposto-  
lus prohibet horum  
iudicium, dicens pri-  
me ad Cor. 4. Noli-  
te ante tempus iudi-  
care quousque ueniat  
Dominus, qui ma-

pere fidem, per quam est aia uita, q̄  
falsate pecuniam, per quam tem-  
porali uita subuenitur. Vnde si  
falsarii pecunie, vel alii malfa-  
ctores statim per seculares princi-  
pes iuste morti traduntur, multo  
magis heretici statim, ex quo de  
hæresi cōuincuntur, possunt non  
solum excōicari, sed & iuste occi-  
di. Ex parte autem Ecclesie est mi-  
sericordia ad errantium cōuersio-  
nē: & ideo non statim cōdem-  
nāt, sed post primam & secundā  
correctionem, ut Apostolus do-  
cet, postmodū uero si adhuc per-  
tinax inueniatur, Ecclesia de eius  
cōuersione non sperans, aliorū  
saluti prouidet, eū ab ecclesia se-  
parando per excōicationis sentē-  
tiam: & ulterius relinquere eum iu-  
dicio seculari a mundo externi-  
mandum per mortem. Dicit enim  
Hier. & habetur 24. q. 3. Refecāde  
sunt putridæ carnes, & scabiosa  
ouis a caulis repellenda, ne tota  
domus, massa, & pecora  
ardeant, corrūpantur, putrescant,  
intercant. Arius in Alexandria  
una scintilla fuit, sed quoniam nō  
statim oppressus est, totum or-  
bem eius flamma populata est.

AD PRIMVM ergo dicendum,  
quod ad modestiā illā pertinet, ut pri-  
mo, & secūdo corripiat. Quod si  
redire noluerit, iā p̄ subuersione h̄f,  
ut p̄ i auctoritate Apo. inducta.

AD SECUNDVM dicendum, quod  
utilitas, que ex hæresibus proue-  
nit, est prater intentionem here-  
ticorum, dum. Inconstantia fide-  
lium comprobatur, ut Aposto-  
lus dicit, & uenturiam pigri-  
tiam, diuinas scripturas sollicitius  
intuentes, sicut Aug. dicit: sed  
ex intentione eorum est corrum-  
pere fidem, quod est maximi no-  
cumentum. Et ideo magis respicien-  
dum est ad id, quod est per se de  
eorum intentione, ut excludan-  
tur, quam ad hoc, quod est prater  
eorū intentionem, ut sustineant.

AD TERTIVM dicendum, quod  
sicut habetur in Decr. \* 24. q. 4. a-  
liud est excōicatio, & aliud eradi-  
catio. Excōicatio. n. ad hoc aliquis,  
ut ait Apo. ut spūs eius saluus fiat  
in die Dñi. Si tñ totaliter eradicē-  
tur p̄ mortē heretici, nō est ēr d̄  
mādatū Dñi: qđ est in eo casu in-  
telligendū, qñ nō possunt extirpa-  
ri zizania sine extirpatione triti-  
ci, ut supra\* dictū est, cum de in-  
fidelibus in communi ageretur.

ARTICVLVS IIII.

Utrum reuertentes ab hæresi, s̄m ab Ec-  
clesia recipiendi.

AD QVARTVM sic procedi-  
tur. Videtur, quod reuertentes

Ab hæresi, sint omnino ab eccle-  
sia recipiendi. Df. n. Iere. ; ex per-  
sona Domini. Fornicata es cum  
amatoribus multis, tamen reuer-  
tere ad me, dicit Dominus: sed eccle-  
sias iudicium, est iudicium Dei,  
secundum illud Deus. i. Itaparū  
audietis, ut magnum, neque acci-  
pietis cuiusquam personam, quia  
Dei iudicium est. ergo si aliq for-  
nicati fuerint per infidelitatem,  
quæ est spiritualis fornicatio, ni-  
hilominus sunt recipiendi.

¶ 2 Præter Dominus Matth. 18. Pe-  
tro mandat, ut fratri peccanti di-  
mittat non solum septies, sed usq;  
septuagies septies, per que intelli-  
gitur, secundum expositionem  
Hierony. \* quod si aliquis aliq;  
peccauerit, est ei dimittendum, er-  
go quotiescunq; aliq; peccauerit  
in hæresi relapsus, erit ab Ec-  
clesia suscipiendus.

¶ 3 Præter. Hæresis est quedam in-  
fidelitas: sed alii infideles uolentes  
cōuerti, ab Ecclesia suscipiuntur,  
ergo et heretici sunt recipiendi.

SED CONTRA est, quod \* De-  
cretalis, Ad abolendam, dicit, quod  
si aliqui post abiurationem erro-  
ris, deprehensi fuerint in abiura-  
tam hæresim decidisse, seculari  
iudicio sunt relinquendi. non er-  
go ab Ecclesia sunt recipiendi.

RESPOND. Dicendum, quod Ec-  
clesia s̄m Dñi institutionem, cha-  
ritatem suā extendit ad oēs non  
solum amicos, uerū et inimicos,  
& persequentes, secundum illud  
Mat. 5. Diligite inimicos uestros,  
bene facite his, qui oderunt uos.  
Pertinet ut ad charitatē, ut aliquis  
bonum proximi & uelit, & opere-  
tūretur at duplex bonum. Vnum  
quidē spirituale. s. salus aīa; quod  
p̄cipaliter respicit charitas: hoc  
n. glibet ex charitate dē alii uel-  
le. Vñ q̄m ad hoc, heretici re-  
uertētes quotiescūq; relapsi fue-  
rint, ab ecclesia recipiunt ad pœ-  
nitentiā, p̄ qua impedit eis uia salu-  
tis. Aliud at est bonū, quod secun-  
dario respicit charitas. s. bonū tē-  
porale, sicut est uita corporalis pos-  
sessio mundana, & bona fama, &  
dignitas ecclesiastica, siue secularis.  
Hoc. n. nō tenentur ex charitate  
aliis uelle, nisi in ordine ad salutē  
eternā & eorū, & aliorū. Vñ si ali-  
qd de hmōi bonis existēs in uno  
impedire possit eternā salutē in  
multis, nō oportet quod ex charitate  
hmōi bonū ei uelimus, sed potius  
uelimus eū illo carere, tū, quia salus  
eterna p̄ferēda est bō tpali, tū quia  
bonū multorū p̄fert bō unius. Si  
at heretici reuertentes semper re-  
ciperentur, ut cōseruarentur i uita,  
& aliis tpalibus bonis, posset

Secunda Secunda S. Thomæ.

nifestabit consilia  
cordium.  
¶ Ex his autem pa-  
ter primo, quod hæ-  
reticus perfectissim⁹  
in solo corde non est  
excommunicatus,  
nec aliarum iuris hu-  
mani pœnarum reus.  
Si tamen peccatum  
hæresis non ratione  
censuræ annexē, ut  
in processu annuali  
Romane curiæ refer-  
uatur, sed absolute  
est referuatum Pa-  
pæ, uel episcopo, nō  
posset talis hereticus  
ab inferiori absolui:  
quoniam referuatio  
non est pœna, sed ne-  
gatio, uel ademptio  
iurisdictionis, qua su-  
prior potest utri in  
quancumque oc-  
calsit. Pater secun-  
do, quod si hereti-  
cus, in corde, extērio-  
ri aliquo opere, uel  
uero peccatū suum  
exequatur, seu dicat,  
statim est excommu-  
nicatus, etiam si nul-  
lus auiat, uideat, aut  
quomolibet perat  
piat, nisi ipsemet: q;  
tunc hæresis peccatū  
non nisi per acci-  
dens est occultum  
Ecclesie. Per se enim  
habet, uide possit ab  
Ecclesia sciri, quia est  
peccatum exterioris.  
Et propterea oportet  
confessores in qui  
rere, cum penitentes  
tepidi in fide, q; uicti  
tentationibus, con-  
sentiant contra fi-  
dem, occurrunt, an e-  
tiam secū solus ore  
protulerit infidelita-  
tem suam quando in  
illa erat. Patet tertio,  
quod cum prohibe-  
tur inquisitoribus,  
quod odio, uel amo-  
re &c. non omittere  
procedere contra he-  
reticos, sub excommu-  
nicationis latē se  
tentis pœna, non ex  
communicatur act⁹  
interior solus, sed ac-  
tus exterior, puta,  
impositio, uel omi-  
sio ex interiori odio,  
uel amore procedēs.  
Et simile est in aliis.  
Et in hoc decepta ui-  
detur glōia allata, quia  
non distinguit inter  
cor solum, & cor  
rationem extrinsecā  
nec fieri occultum  
per se, & occultum  
per acci-  
dens, ut  
nos feci-  
mus.

Supr. illud  
uerbum Mat.  
th. 18. tom. 9.

in Decret. l. 5.  
u. 7. c. 9. amc.

Supr. illud  
uerbum Mat.  
th. 18. tom. 9.

E Super



¶ Super questionis duodecime articulum primum.

F Et quoniam ad primum consecrati sunt per sacra-  
mentis, vel quasi consecrati per sacramentale, factum  
ram, ab hoc retrocedere peccatum mortale est, et  
fit nisi contemptu sacramenti, & sacramentaliter  
iteretur. A secundo autem recedere ab hoc quod con-

**I**N primo articulo, questionis duodecime dubium primò oc-  
currit, de Apostasia ab ordine, An constitutus in minoribus, seu  
prima tonsura peccet relinquendo statum clericalem. Videtur, n. q.  
sic. Primò quia qua-  
libet apostasia pecca-  
tum est, ut in litera  
dicitur: immo de om-  
ni apostasia dicitur,  
quòd potest intelligi  
illa. autoritas. Pro-  
verb. sexto. Homo  
apostata vir inutilis,  
&c. Ex quo habetur,  
quòd non solum est  
peccatum, sed etiam  
mortale peccatum.  
Secundò, quia facit cò-  
tra id quòd in susce-  
ptione primæ ton-  
suræ suscipit, scilicet  
Dominus pars heredi-  
tatis meæ. Tertiò,  
quia multæ authori-  
tates ad hoc afferun-  
tur.

¶ Ad evidentiam hu-  
jus questionis sciend-  
um est, quòd relin-  
quere clericatus, seu  
ordinem minorum  
statum & exercitiū,  
cum importet retro-  
cessionem a bono su-  
pererogationis quid-  
dem ante susceptam  
tonsuram, uel ordi-  
nem, debito autem  
post susceptum ordi-  
nem, aut tonsuram:  
(Ex quo enim ac-  
tus est in formam di-  
nam, debitor factus  
est sui in ministerium  
Dei) secundum se  
non est de genere bo-  
norum, nec indiffe-  
rentium, sed male io-  
nantium, non ita qd  
sit per se malum, si-  
cut mendacium, quia  
in nulla necessitate  
posset licere, sed ita  
quòd solitarie sum-  
ptum, malum sit, ad-  
iuncta tamen aliqua  
conditione honesta-  
ri possit. Et hoc pa-  
ter ex eo, quòd pro  
aliqua necessitate lic-  
et aliquis post primā  
tonsuram, & ordinē  
minorem posset re-  
trocedere, ut si pro  
pace regni oporteret  
esse bigamum, uel  
aliquid huiusmodi.  
Et quoniam ratio deb-  
iti iustitiam consti-  
tuit, & eius violatio  
iniustitiam, iuxta mo-  
dum debiti attenden-  
da est natura pecca-  
ti. In huiusmodi au-  
tem clericis tria inue-  
niuntur debita, pri-  
mò, quòd ipsi sint  
ministri Dei: secun-  
dò, quòd exerceant  
ministeria suarum ordi-  
nū, quòd deferant signa  
ministerij, puta, ha-  
bitum & tonsuram.

hinc dicitur  
quod dicitur

¶ Item dicitur  
quod dicitur

Supra illud  
Matth. 18. Si  
peccaverit  
18. tom. 9.

in præiudicium salutis aliorum,  
hoc esse, tum quia si relaberetur,  
alios inficeret, tum etiā quia si si-  
ne pena cuaderent, alii securius in  
heresim laberentur. Df. n. Eccl. 8.  
Etenim quia non cito profertur  
contra malos sententia, absque ti-  
more ullo illi hominum perpe-  
trant mala. Et ideo Ecclesia qui-  
dem primò reuertentes ab heresi  
non solum recipit ad penitentiā,  
sed et conseruat eos in uita, & in-  
terdū restituit eos dispensatiuè ad  
ecclesiasticas dignitates, quas pri-  
hēbant, si uideantur uerè conuer-  
si: & hoc p bono pacis frequenter  
legit esse factum. Sed qm̄ recepti  
iterū relabunt, ut esse signum in-  
constantia eorum circa fidem: &  
iō ulterius redeunt, recipiunt  
quidem ad penitentiam, non tñ  
ut liberentur a sententia mortis.

**A**D PRIMVM ergo dicēdū,  
quòd in iudicio Dei semper reci-  
piuntur redeunt, quia Deo seru-  
tator est cordiū, & uerè redeūtes  
cognoscit: sed hoc Ecclesia imita-  
ri non pōt. Præsumit. n. eos nō ue-  
rè reuertij, quicū recepti fuisset,  
iterum sunt relapsi: & ideo eis ui-  
tam salutis non denegat, sed a pe-  
riculo mortis eos non tuctur.

**A**D SECUNDVM dicēdū,  
quòd Dñs loquitur Petro d̄ petro  
in eum comisso, quòd est semper  
dimittendum, ut fratri redeunti  
parcatur: nō aut̄ intelligit de p̄bō  
in proximum, uel in Deum com-  
misso, quòd nō est nisi arbitrij di-  
mittere, ut Hieron. \* dicit, sed et̄  
in hoc est a lege modus statutus,  
secundum quòd congruit hono-  
ri Dei, & utilitati proximorum.

**A**D TERTIVM dicēdū,  
quòd alij infideles, qui numquam fidē  
acceperant, conuersi ad fidē nō-  
dum ostendunt aliquod signum  
inconstantia circa fidem, sicut ha-  
retici relapsi. Et ideo non est simi-  
lis ratio de utriusque.

QVAESTIO XII.

De apostasia, in duos articulos diuisa.

**D**EINDE considerandū  
est de apostasia.  
ET CIRCA hoc qua-  
runtur duo.

¶ Primò, Vtrum apostasia ad in-  
fidelitatem pertineat.

¶ Secundo, Vtrū propter apostasia  
si a fide, subditi absoluantur a do-  
minio præsentium apostatarū.

**A**R TICVLVS PRIMVS.  
Vtrum apostasia pertineat ad  
infidelitatem.

**A**D PRIMVM sic procedit.  
Videtur, qd apostasia nō p-  
tineat ad infidelitatem. Illud, n.  
quòd est omnis peccati principiu,  
non uidetur ad infidelitatem per-  
tinere, quia multa peccata sine in-  
fidelitate existunt: sed apostasia ui-  
detur esse omnis peccati principiu.  
dicitur enim Eccl. 10. In initiu  
superbiae hominis apostatare a  
Deo, & postea subditur: In initiu  
omnis peccati superbia ergo apostasia  
non pertinet ad infidelitatem.

¶ 2 Præte. Infidelitas in intellectu  
consistit: sed apostasia magis uide-  
tur consistere in exteriori opere,  
uel sermone, aut et̄ in interiori  
uoluntate. dicitur. n. Prou. 6. Ho-  
mo apostata, uir inutilis, gradus  
ore peruerso, annuit oculis, terit  
pede, digito loquitur, prauo cor-  
de machinatur malum, & in om-  
ni tempore iurgia seminat. Si quis  
et̄ se circumcideret, uel sepulchru  
Machomeri adoraret, apostata re-  
putaretur. ergo apostasia nō perti-  
net directè ad infidelitatem.

¶ 3 Præte. Hæresis, quia ad infideli-  
tatem pertinet, est qdā determinata  
species infidelitatis. si ergo apostasia  
ad infidelitatem pertineret, sequere-  
tur, qd esset quædam determinata  
species infidelitatis: quòd non  
uidetur fm̄ prædicta. nō ergo apo-  
stasia ad infidelitatem pertinet.

**S**ED CONTRA est, qd dicitur  
Iohan. 6. Multi discipulorum ei  
abierunt retro: qd est apostatare,  
de quib. supra dixerat Dñs. Sunt  
quidā ex uobis, q non credunt. er-  
go apostasia pertinet ad infidelitatem.

**R**ESON. Dicendum, quòd apo-  
stasia importat retrocessionē  
quandam a Deo: q̄ quidē diuersi-  
mode fit secū dū diuersos modos,  
quib. homo Deo coniungitur. Pri-  
mò nāq; coniungit hō Deo per  
fidē: secū dū per debitā & subiectā  
uoluntate ad obediēdū præceptis e-  
ius: tertio per aliqua specialia ad  
supererogationē pertinetia, sicut  
per religionē & clericaturā, uel sa-  
crū ordinē. Remoto at̄ posteriori  
remanet prius, sed nō conuertit.  
Contingit ergo aliquē apostatare  
a Deo retrocedendo a religione,  
q̄ professus est, uel ab ordine, quē  
suscepit, & hac dicitur apostasia re-  
gionis, seu ordinis. Contingit